



Universitätsbibliothek Paderborn

**Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis
Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

Quomodo Lutherus in numero sacramentorum ab ecclesia à seipso & à
suis dissideat. cap. vij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621

stolicus, postea archiepiscopus Brundusinus atq; cardinalis recensuit in comitijs Imperialibus Vvormaciæ, ex libro de captiuitate Babilonica, plus minus quadraginta articulos non solum contra ritus & Sacra^menta eccl^siae, verūm etiam quibus principum leges pro sua virili labefactare, & prorsus cōuellere contendit. Caveat ergo verus catholicus ne fuis Lutheranis circumuentus sacram scripturam æstimet quicquid Lutherus ab execrādis hæreticis desumpsit, pro euangelio tamen haberi voluit. Cūm sibi ipsi nō constet, & Christi euangelio aduersetur Lutherus.

Quomodo Lutherus in numero Sacramentorū ab Ecclesia à suis, & à seipso dissideat. Cap VII.

PHILOMATHES Fusius velim de. hac re mecum agas, Palamq; ostendas Christi ne sit euāgeliū an Lutheri quod illi nomine vndiq; circōfertur & prēdicatur. **O R T H O D O X V S** Christi esse qui possit, quum vbiq; pugnātia dicat? Deuiat enim Lutheri euangeliū tam Germanicū quā latinū à textu nostro catholico, immo sibi ipsi nō cōsonat, Repugnātia fidei nostræ catholicæ docet Sacramētis, de purgatorio, de satisfactiōe. & cœ. pri. Et in his quoq; sibi ipsi est diuersus. **Hoc ut manifestius fiat aggrediamur pri-**
mum

QVOMODO LVTHE. AB

num quid de sacrosanctis ecclesiæ sacramentis sentiat.

In libro de captiuitate Babilonica non admittit cuni vniuersali ecclesia septem sacramenta, sed tria duntaxat. In visitatione autem Saxonica (que facta est propter varias suorum sectas, ac discordias suorum prædicantium) edidit librum, quem cathecismum inscripsit, in quo fidem & usum duorum sacramentorum, baptismi scilicet & eucharistie, novo modo prescripsit, nec plura sacramenta tunc esse voluit. Tunc quoque decem Dei præcepta, Orationem dominicam, Symbolumq; apostolorum longè aliter exposuit in plerisq; locis, quam ante decē annos fecerat.
PHILOMATHES Cuperē discere qd de sacramentorum numero sentiant Protestantes.
ORTHODOXVS Tam sibi non constat q à se ipso etiā Lutherus dissideat. In quo variū & mutabile hereticorum ingenium agnosces.

In comitijs Augustanis aliquot articulos de sacramentis exhibuerunt Protestates: numerum autem sacramentorum non posuerūt: Philippus autem Melancthon in apologia eorumdem articulorum ita scribit. Si sacramenta, inquit, vocamus ritus qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiæ sacramenta sunt, baptismus, cœna domini &

ni & pœnitentia. Si verò illa dicuntur sacramenta quæ habent mandatum Dei, poterunt officia & magistratus dici sacramenta. Si verò illa sunt sacramenta, quæ habent mandatum Dei & promissiones, poterūt priorib^o an numerari, elemosinæ, afflictiones, orationes,

In re namque tam seria, & nostræ religiæ præcipua, non congruebat tam variè, tam ambiguè loqui. Qui omnia vestra, ex ipsius sacræ scripturæ fontibus deprompta, assuefratis. Si non conuenitis inter vos de re sacramenti: Si in numero dissideatis, quis mirabitur? Nos autem ut in sacramenti diffinitione, ita in numero sacramentorum pariter conuenimus, doctrinæ magistri sententiarum in quarto dist. i. adhærentes. Dicentis Sacramentū est sacræ rei signum. Sacramentū verò nouę legis est inuisibilis gratię visibilis forma (hoc est sensibilis figura) ut eius imaginē (id est similitudinē) gerat, & causa existat, intellige instrumentalis. Sunt enim noui instrumenti sacramenta figuratiua & causatiua gratię instrumentaliter, tanquam organa virtutis passionis Christi. Veteris autem testamenti sacramenta figurabant, non efficiebāt gratiam. Nostra autem sacramenta efficiunt quod figurant. Sunt enim quasi quædā iumenta per quæ Christus nobis suam gratiā largitur
intus

QVOMODO LVTHE. AB

intus in anima intrinsecus efficientia , quod
extrinsecus figurant & promittunt.

- 1 . In primis hoc intuebimur in baptismo, in
quo foris corpus abluitur à sorde , & anima
mundatur à contagio originalis culpæ , vel
alterius si affuerit . In confirmatione more
regum inungitur militatus Christo, ut eam
assequatur gratiam qua nec mortis formidine
deserat fidem acceptatam , in eucharistiæ sa-
cramento foris videtur cibus & potus species
panis & vini , ac per ipsum sacramentum ro-
boratur anima ut ambulare queat in via Dei.
 - 2 .
 - 3 .
 - 4 . In pœnitentia secundum tenorem verborum
peccati remittitur , & gratia deperdita resti-
tuitur. In matrimonio confertur gratia ut ser-
uetur vinculum matrimoniū indissoluble ,
 - 5 .
 - 6 .
 - 7 .
- & sciat unusquisque vas suum possidere in
sanctificatiōe & honore. In ordinis sacramēto
datur spiritualis potestas super verum Chri-
sti corpus & mysticum , In extrema vngatio-
ne linitur anima per gratiam Dei , sicut cor-
pus per unctionem , ut moriturus non cedat
tentationibus obuenientibus , cùm ex dœ-
monum insidijs tum ex pusillanimitate orta,
occasione priorum delictorum . Hæc septem
satemur ecclesie sacramenta secundum decre-
tum concilij Constantien̄.

PHILOMATHES Hæc si scripturis ful-
cirentur



cirentur placent.

ORTHODOXVS De baptismo habes Ie-ⁿ_o gē Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum i. Baptismum Dei. De confirmatione, Acto. 8. Cū audis 2 Confirmant Apostoli qui erāt Hierosolymis quōd receperisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannē. Qui cūm venissent orauerunt ut acciperent spiritum sanctū. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptisati tantū erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritū sanctum. De eucharistię sacramentum dicit ipse Saluator. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendī. Si quis manduca ^{Ioan. 6:} uerit ex hoc pane viuet inæternum: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. De pœnitentiæ sacramento est & illud Christi ^{4 Panum} _{ioan. 20.} Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, Et quorū retinueritis retēta sunt. Matrimonij sacramētu declarauit nobis Paul⁹ dicēs, Viri diligite vxores vestras sicut Christ⁹ dilexit ecclesiā, & tradidit semet ipsum pro ea vt illā sanctificaret, mundās eā lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nō habētē maculā aut rugam. Et infra Propter hoc relinquethomo patrē & matrem suam & adh̄erebit vxori suæ

Et

^{Dominum Iesum}
maria dormit

^{Ioan. 3:14 ap. 10}

^{1 Baptismum}

^{2 Confirmationem}

^{3 Eucaristiam}

^{4 Panum}

^{5 Matrimoniū}

^{Ephe. 5: 22}

DE PVRGATORIO

Ondo.

Math. 26.

Luc. 22.

a. Cor. II.

Iac. 5.

ma. vnguis

Et erunt duo in carne vna, Sacramentum
hoc magnum est, ego dico in Christo & ec-
clesia. Ordinem sacramentorum neget, qui Iu-
dæorum sacerdotium inficiatur. Aaron sacer-
dos inunctus est & filij eius, Christus autem
sacerdotes instituit Apostolos in coena, dum
accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit il-
lis dicens. Accipite, hoc est corpus meū quod
pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōme-
morationem &cæ. de extremæ vñctionis Sa-
cramento sic ait Iacobus Apostolus. Infir-
matur quis in vobis, inducat presbyteros ec-
clesiæ, & orent super eū vngentes eum oleo
in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit
infirmum, et si in peccatis sit, remittentur ei.

Hic æquus lector attendat quām plenè ac
commode de septem Sacramentis à sacris li-
teris non recedētes differant catholici. Tu ve-
rō Luthere indica vbi duo vel tria duntaxat
Sacramenta legeris, & non plura posse inue-
niri.

De Purgatorio quām variè sentiat & sibiūpsi
contradicat Lutherus. C A P. VIII.

PHILOMATHES. Quid putas sen-
tire Lutherum de purgatorio?

ORTHODOXVS. Ut de cæteris fidei
nostræ dogmatibus solet, var iè, immo cōtra-
dictorie